

dicat posse Deo convenire hos conceptus communicari, & non communicari, qui ex se sunt contradictorii, in quo est tota mysterii difficultas, ergo hac distinctio virtualis eadem prorsus continet difficultatem, & difficultates circa illud emergentes evincuntur. Conf. quia dati hanc distinctionem virtuales in Deo est Deum esse talis nature, ut ipsi eadem omnino simpliciter possint convenire hi duo conceptus communicari, & non communicari sine repugnantia; sed si duo conceptus sint contradictorii; ergo dari hanc distinctionem virtuales in Deo importat Deum esse talis nature, ut ipsi possint convenire duo conceptus contradictorii, sine repugnantia, in quo consistit tota difficultas mysterii.

40. Ita urget Ovidius, cit. & optime distinctionem virtuales, quae causa fatetur ibi parum in re, vel nihil lucis addit ex hac virtuali distinctione obsecrati mysterii, & aequè difficile obicit intellectui rem attendere contemplanti, ac ipsum mysterium; addit tamen accipiari posse, quia clarioribus verbis, & expeditioribus terminis, quibus fieri potest, summam mysterii difficultatem tra citat. Ad Conf. ait hanc distinctionem virtuales non dicere posse Deo duo praedicata contradictoria competere, quia hoc horret Metaphysica; sed posse illi duo praedicata competere, quae respectu alterius entitatis simpliciter distincta Deo essent contradictoria, quia in ipso Deo contradictoria sunt, & optime compossibilia ratione hujus distinctionis virtualis, quae communicari, & non communicari, & aliae affirmationes, & negationes de Deo enunciatae non contradicunt, nisi enunciatae de eodem prorsus indistincto, tam formaliter, quam virtualiter, quod in Deo non contingit, cum in se admittat distinctionem virtuales, quae tamen nullum inferre praedictum divine simplicitatis, quia non est vera, & propria distinctio, sed aequivalens, unde relinquat Deum in tota simplicitate sua. Sed reservationem ad primum valde frivolum esse constat ex modo dictis, quia explicando mysterium Trinitatis per distinctionem virtuales committitur circulus, & solvendo argumenta contra illud committitur peritio principii. Nec magis valet responsio ad conf., quia argumentum probare utriusque non intendit quod Deo duo competant, vel competere possint praedicata contradictoria, quia hoc est impossibile prorsus, sed probat quod possint competere Deo absque ulla repugnantia non obstante, quod sit unus, & simplicissimus a parte rei, ratione virtualis distinctionis in quo puncto consistit tota difficultas mysterii Trinitatis, nam iuxta naturam lumen de eodem, & secundum idem realiter, & formaliter contradictoria simul verificari nequeunt absque repugnantia. Quod verò addit hanc non esse veram distinctionem a parte rei, sed relinquere Deum in omnimoda simplicitate sua, & unitate, confirmat magis, quod nuper dicebatur; per hanc distinctionem non tolli difficultates circa Trinitatis mysterium emergentes; si enim ita est, iam ratione talis distinctionis nequeunt illa contradictoria a parte rei de Deo componi, ita quod affirmatio verificetur ob unam rationem, & negatio ob aliam, cum non obstante tali distinctione adhuc in Deo fit una simplicissima ratio, & formalitas, atque ideo restat adhuc integra difficultas, quomodo de unica entitate simplicissima a parte rei verificari possint duo contradictoria, sicut docet fides de Deo verificari, sine repugnantia, in quo puncto consistit tota difficultas mysterii Trinitatis.

41. Sed hic insurgit gravis difficultas, quia si ad componenda relata contradictoria de Deo enunciata non sufficit virtualis distinctio Thomistatum, nec etiam sufficere videatur distinctio formalis Scotistarum; quod sic proba, de essentia, & relationibus enunciatae contradictoria quaedam praedicata, quae necessario arguere videntur distinctionem realem, & saltem in creaturis eam necessario inferunt, nam essentia communicatur tribus, non relatio, essentia non producitur; relatio v.g. filiatione producitur; essentia invenitur in uno supposito, in quo non invenitur filiatione, quae sane contradictoria in creatis nedom formalem, sed etiam realem inferunt distinctionem; nam hic impossibile est produci in homine animalitatem non producta rationalitate, inveniri in homine rationalitatem sine rationalitate, & hoc ob eorum realem identitatem, quae petit indispensabile eorum connexionem est, sint formalitates ex natura rei distinctae; ergo non sufficit sola distinctio formalis, ut essentia possit dici improducta, & relatio producta, & possit dici esse in uno supposito, in quo non est relatio, sed ad salvanda haec contradictoria videtur necessaria distinctio realis, vel aequivalens. Conf. ex regula frequenter inculcata in Metaph. disp. 6. num. 215. 227. 243. 247. 290.

quod nec non quocumque contradictoria inferunt quamcumque distinctionem; ita non quocumque distinctio sufficit ad salvanda quocumque contradictoria; contradictoria rationis, seu fundata supra diversum esse rationis inferunt distinctionem rationis, & haec idonea est illa contradictoria componenda; contradictoria formalia, seu quae fundantur in diversis ejusdem rei formalitatibus, ut esse discursivum in homine secundum rationalitatem, non vero secundum animalitatem inferunt distinctionem formalem, & haec est contra valet ad componenda; contradictoria tandem realia quae ad esse respectu participant absolute integram esse rei, ac entitativam, ut esse, & non esse, produci, & non produci, corrumpi, & non corrumpi, inferunt distinctionem realem, ac entitativam, & e contra haec sola sufficit ad huiusmodi contradictoria salvanda, ut loc. cit. declaratum est; Tunc subinfert, sed praedicata contradictoria enunciata de essentia, & relationibus sunt tertii generis ut communicari, & non communicari, produci, & non produci, esse in uno supposito, in quo non est relatio, & alia huiusmodi; ergo haec non inferunt distinctionem formalem, ut contendit argumentum principale; sed realem vel aequivalentem; & ad ea componenda non sufficit sola distinctio formalis, sed exigitur realis, & cum haec nequeat in divinis catholice assignari, recurrendum erit ad distinctionem aequivalentem, qualis est virtualis posita a Thomistis. Et hanc difficultatem tetigit Amicus disp. 19. cit. sec. 4. num. 99. dicens etiam a Scoto hanc distinctionem virtuales inter essentiam, & relationes ad miteri debere, nam etiam ipse salvare debet, quomodo possit eadem entitas a parte rei communicari, & non communicari, produci, & non produci, esse idem, & a se ipsa realiter distingui, ad quae omnia salvanda non sufficit sola distinctio formalis, sed necessaria est realis.

Ad hanc difficultatem jam respondi disp. 6. Met. q. 11. num. 227. & q. 12. num. 244. in fine, ubi concessi, majorem vim habere distinctionem formalem in divinis ratione infinitatis, quam in creatis, atque ideo ratione ipsius nonnulla contradictoria verificari posse in divinis, quae in creatis sine reali distinctione verificari non possunt, ut eandem naturam esse in tribus suppositis realiter distinctis, non tamen eandem personalitatem cum ipsa identificatam; & filiationem identificatam cum essentia produci, non producta ipsa natura; cujus rationem adduxi, quia in creatis natura ob eius limitationem multiplicatur numero ad multiplicationem suppositorum, & repugnat eandem numero naturam creatam esse in pluribus suppositis; ac etiam quia aliter fit productio in creatis, aliter in divinis, nam in creatis terminus formalis productionis nempe natura habetur in supposito producto per veram naturam productionem, & totum productum acquirit novum esse, tam essentia, quam existentia; sed in divinis terminus formalis non producitur in supposito producto, sed ex a producente communicatur idem numero, quem in se prehabeat, quia est unica natura in tribus divinis suppositis, & totum productum acquirit solum distinctum esse substantiae incommunicabile, non autem distinctum esse essentiae, & existentiae; haec igitur est causa, cur in divinis ratione solius distinctionis formalis nonnulla contradictoria salvari possint, quae nequeunt in creatis sine distinctione reali; quae solutio licet sit sufficiens ad praesentem difficultatem; nunc tamen addere placet, quod relata contradictoria de essentia, & relatione enunciata non sunt contradictoria realia, quae respiciunt esse, vel non esse rei simpliciter, & absolute, atque ideo non dici solent contradictoria simpliciter prima; sed sunt contradictoria formalia, quae respiciunt, vel sic esse, aut non esse sic, atque ideo dici solent contradictoria secunda, & salvari possunt per solum distinctionem formalem; hoc patet de communicari, & non communicari, nam etiam in creatis de eadem Petri entitate verificari potest, quod sit communicabilis secundum rationem specificam, & incommunicabilis secundum individualem; hoc idem declarat de produci, & non produci, (licet propterea loquendo persona dicitur in divinis produci, non relatio, quae potius est ipsa productio) nam licet isti termini si accipiantur pro habere esse, & non habere esse sint contradictoria prima, quae inferunt realem distinctionem inter productum, & non productum, tamen si accipiantur pro habere esse per productionem, & pro habere esse sine productione, ut contingit in proposito de essentia, & relatione in divinis, planè non pertinent ad contradictoria prima, sed secunda, quia non affirmant, vel negant esse simpliciter, & absolute sumptum, sed sic, vel sic esse, vel modum habendi esse, quatenus unum affirmatur habere esse per productionem, & aliud negatur habere esse tali modo;

modo; sicut in creatis attendimus de subiecto habere esse per veram, & physicam causalitatem, quam per se primo, & immediate terminat; & negamus de passione, quod habeat sic esse, quia habet esse tantum per causalitatem Metaphysicam, & simplicem dimanationem ab essentia subiecti, cum quo adhuc stat, quod sit realiter identificata; & tandem ad aliud contradictorium, quod invenitur essentia in uno supposito, in quo non invenitur filiatione, dico neque hoc inferre distinctionem realem, sed solum formalem, & ratio est, quia licet invenitur essentia in Patre, in quo non est filiatione, invenitur tamen essentia in filio, cum sit illimitata ad illa tria supposita, ut sit eadem numero in illis, ratione cujus illimitationis dicitur una persona esse in alia per circuminfusionem, ut docent Theologi p. d. 19. q. 2. & Christus ipse Jo. 14. *ego in Patre, & Pater in me est*, unde canit Ecclesia in quodam hymno feriali, *in Patre totus filius, & totus in Verbo Pater*. Et hinc patet ad instantiam Amici quod prima duo contradictoria de communicari, & non communicari, produci, & non produci; illud vero tertium contradictorium, esse idem, & a se ipsa realiter distingui, nunquam adivi de divina essentia enunciari, quia est penitus implicatorium, & nulla ratione componibile de eodem respectu sui ipsius.

Altera via ad ostendendam distinctionem formalem in divinis.

43. Altera via, quae utitur Doctore in utroque loco cit. p. d. 2. q. 7. s. *sed hic restat*, & p. d. 8. q. 4. in corpore quaeritur ad venandum inter essentiam, relationes, & attributa, ac etiam inter ipsamet attributa ad invicem distinctionem formalem ex natura rei, est via definitiois, multa namque realiter identificatur, quae tamen variis definitionibus explicatur, ut docet Arist. de actione, & passione 3. Phys. 22. & de genere, & differentia 3. Met. 10. cum igitur definitio explicet esse formale, & quidditativum, quod habent res a parte rei anteedentes ad quodcumque opus intellectus, ut monet Doctore quol. 1. *Concedenda erit inter illa plura invicem realiter identificata, & adhuc diversae definitiones habentis, aliqua actualis distinctio a parte rei quae sit major distinctio rationis, & virtualis, & minor reali*. Ubi tamen advertendum est, ut hac via rectè incedamus, quod dixi disp. 6. Met. q. 11. num. 214. non ex quibuscunque definitionibus rerum, ac descriptionibus ritè colligi formalem distinctionem, praesertim verò, quando assignantur in ordine ad varias operationes, ad naturam enim plerumque tales definitiones potius ad insinuanda varia ejusdem rei munera, quam ad explicandam eius essentiam, & formalitatem, ut constat de intellectus, qui secundum eandem formalitatem a parte rei, & per eandem prorsus virtutem, & facultatem est principium simplicis apprehensionis, iudicii, & discursus, quatenus ad unamquamque harum operationum ordinatur, varias fortitur definitiones. Itaque id intelligendum est de rebus traduntur secundum se consideratis, & secundum praedicata essentialia, praescindendo à quacunque operatione, sed neque de quacunque tali adhuc est hoc accipiendum, sed tantum de definitione essentiali, quae datur per conceptus adequatos, haec enim est, quae verè rem exprimit omnino, ut se habet a parte rei ante quodcumque opus intellectus; definitio autem, quae traditur per conceptus inadeguatos, non exprimit rem omnino, ut se habet a parte rei formaliter, & actualiter, sed tantum fundamentaliter, & virtualiter; & ideo pluralitas talium definitionum non arguit inter illa plura distinctionem formalem, & actualem, sed tantum virtuales, & fundamentalem. Sed neque adhuc id accipit debet generaliter de omni definitione conceptus adequatos assignata; nam quae traditur per propria, & in omni rigore definitio, non convenit formalitatis Metaphysicis, sed essentiae rerum integris, & rebus, unde ex diversitate talium definitionum non solum distinctio essentialis illa, quae coincidit cum distinctione reactiva sumitur de dictis disp. 6. Met. c. 1. nu. 195. quare in proposito sumitur definitio pro sola ratione formalis, seu conceptu objectivo, adequo tamen, & perfectio, quia haec etiam formalitatem convenit, & eorum naturam exprimit, ut sunt a parte rei; haec ex eo loco repetere placuit, tum ad intelligendam hujus rationis efficaciam, tum ad reponsones Adversariorum retundendas.

Mistri in Sent. Top. I.

Ex hac igitur via sic arguitur, illa quae definitionibus, 44. propriisque rationibus distinguuntur, debent esse natura rei formaliter distingui, quia definitio traditur de rebus secundum eorum naturam consideratis a parte rei, & non prout subjacent conceptibus nostris; atque essentia divina, ex una parte, relationes, & attributa ex altera, imò & ipsa attributa ad invicem comparata propriis definitionibus distinguuntur, & a propriis conceptibus objectivis se invicem formaliter excludunt; ergo esse natura rei formaliter distinguuntur. Major probatur, quia definitio exprimit naturam rei prout est, & praesertim quando ab intellectu perfectè concipiente exprimitur quidditas rei per conceptum adequatum, cui nempe correspondet totum id, quod in re est exprimentum; & res diversimodè definiuntur, quia diversas habent naturas in seipsis, & non quia diversimodè concipiuntur a nobis, quia tale esse per apprehensionem non est reale, sed rationis; neque est essentialis rei, vel realitate, sed adventitium, & accidentarium. Minor probatur, quoad singulas partes, & quidem primò, quod essentia non includat in sua ratione formalitatem, neque est contra probat Doctore auctoritate, & ratione p. d. q. 7. H. Augustinus enim 7. de Trin. cap. 2. inquit, *omnis essentia, quae relatio dicitur, est aliquid excepto relativo*, & cap. 2. non eo Verbum, quo sapientia, quia Verbum non ad se dicitur, sed tantum relatio ad cum, cuius Verbum dicitur, sicut filius ad Patrem, & cap. 4. ait, *aliud est eum esse, aliud patrem esse*; & eodem modo loquitur Anselmus lib. de processione Spiritus sancti cap. 2. si ergo aliud est Deum esse, & aliud Patrem esse, nec eadem formalitate Verbum est Verbum, quia Deus; ergo nec essentia est de conceptu essentiali relationum, nec relationes de conceptu essentiae, sed mutuo excludunt. Probatur etiam ratione, quaequid est de ratione essentiae, est etiam de ratione singularium personarum, ut definitur cap. firmior, & cap. damnatus, de summa Trinitate, sed relationes non sunt de ratione singularium personarum, ut patet, ergo neque sunt de ratione essentiae. Conf. relatio non est de conceptu essentiali absoluto, neque est contra ut latè probatum est disp. 8. log. q. 2. sed Deitas est entitas absoluta, & ad se, non ad aliud ex Aug. cit. 7. de Trin. cap. 2. quod etiam docet Concil. Toletanum 11. in confessione fidei; ergo nec essentia includit relationem, nec est contra.

Sed adhuc specialiter de relatione, probatur quod non includat essentiam in suo conceptu; quando duo comparantur, ut determinans, & determinabile, ita distinguuntur, ut neutrum includatur in conceptu alterius, ut patet de genere, & differentia apud Metaph. sed relatio concipitur, ut determinans, essentia verò, ut determinabile, nam relatio intelligitur advenire essentiae, sicut substantia naturae, ergo, &c. Conf. secundum aliquid differt Pater a filio, quod non est in filio, ut fides docet, ergo secundum illud non includit Pater essentiam, nam secundum quod differt, non intelligitur convenire, illud autem est relatio. Denique hoc totum deducitur manifestè ex dictis in praecedenti argumento de contradictoriis, dum enim dico, *Relatio producit, relatio multiplicat Trinitatem*, planè tunc non intelligo essentiam, ita quod conceptui meo formaliter respondeat ex parte objecti essentia, & e contra, quando dico *essentia non producitur, essentia est in tribus personis*, tunc utique non intelligo relationem; ergo pari necessitate, tam essentia non includitur in conceptu objectivo relationis, quam relatio in conceptu essentiae; & hoc solum argumentum sufficit ad probationem illius minoris quoad eam partem de essentia, & relationibus, & ad ostendendam inconsequentiam eorum, qui ex una parte concedunt, relationes non esse de conceptu essentiae, quia tunc sequeretur essentiam multiplicatè Trinitatem, sicut relatio, & in ea cerneretur discrimen personarum, sicut in relationibus; & ex alia parte postea volunt, essentiam esse de conceptu relationum, ut Suarez lib. 4. de Trin. cap. 6. Granad. tract. 3. disp. 4. Ruiz disp. 18. & alii cum tamen illud idem argumentum fieri possit contra ad probandum, essentiam non esse de conceptu relationum, nam si relatio includeret essentiam, tunc in relatione cerneretur unitas, & convenientia personarum, ut bene dicitur Ariag. disp. 48. sect. 3. Sed adhuc magis miranda est inconsequentia omnium ferè Thomistarum, qui incunctanter inter essentiam, & relationem distinctionem statuunt virtuales, vel relationis ratiocinatæ, & postea contendunt relationem includere essentiam in suo objectivo conceptu, & e contra, quod mihi planè implicatorium videtur, non solum, quia idem respectu ejusdem nequit includens, & includens, sed praesertim, quia apud eos etiam distinguuntur aliqua duo ratione ratiocinata est, unum non in cludi

cludi in conceptu objectivo alterius; si ergo semel conceditur essentiam, & relationes virtualiter distingui, aut ratione ratiocinata, consequenter etiam concedi debet neutrum includi in conceptu alterius; quare magis consequenter in hac materia locuti sunt Molina, Averfa, Vasquez, Turrianus, Arraga, & alii, qui admittunt semel inter illa distinctione virtuali, negant postea unum includi in conceptu alterius; licet, & isti quoque alii habeant incommo- dum, quod ad tuendam hanc exclusionem dissolvere coguntur illa eadem argumenta, quae contra nostram distinctionem formalem direxerunt, utpote quae contra eos ex magna parte militat; sicut contra nos, sicut de facto solvit Averfa q. 28. sec. 6.

46 Deinde probatur eadem minor argumenti principalis quoad aliam partem, quod nec essentia includat in suo conceptu perfectiones, quas vocat attributales, neque e contra, à Doctore p. d. 8. q. 4. auctoritate Damasceni lib. 1. cap. 4. ubi essentiam vocat Dei naturam, attributa vero vocat, non naturam Dei, sed perfectiones talem naturam circumstantes; & Augustini 1. 5. de Trin. cap. 6. ubi essentiam vocat Dei naturam, attributa vero hujus substantiae qualitates, quorum verba superius nu. 12. relata sunt, & eodem modo ceteri loquuntur Patres, Cyrillus 11. Theauri cap. 1. Chrysof. homilia de incomprehensibilitate Dei, Greg. Nicensis in lib. ad Ablabium. Athanasius disp. contra Arium, & alii passim, dum dicunt non omnia quae in Deo sunt, substantiam significare, nam quaedam significant tantum divina substantiae affectiones, & proprietates, & tales sunt omnes attributales perfectiones: justitia, misericordia, bonitas, &c. sicut ergo proprietates, & affectiones rei non eam quidditative, & essentialiter constituunt, cum sint praedicata ad secundum modum dicendi per se sententia, & non ad primum, sed sic supponunt eam constitutam, & ad eam in suo esse quidditative constitutum necessario, & indispensabiliter consequuntur, & ideo non sunt de conceptu quidditative rei, neque e contra, quia res non intrat definitionem suae passionis, nisi ut additum, non autem ut praedicatum quidditativum; ita pariformiter discurrendum est de divina essentia in ordine ad sua attributa, quod non essentialiter constituitur per ea in suo esse primario, & essentiali, sed eam sic constituitur supponant in aliquo priori signo naturae, vel rationis cum fundamento in re, & eam sic constituitur necessario comitentur, velut ejus affectiones, & proprietates, quae de causa à Theologis perfectiones secundariae appellari consueverunt, quatenus ad eam spectant in esse secundario, ut praedicata secundum modi, & hoc ad differentiam praedicatorum ejus quidditativorum, quae sunt ens, substantia, spiritus, & vita intellectualis, quae de causa dicuntur perfectiones primariae; quam divinae essentiae constitutionem in esse primario per praedicata quidditative, & in esse secundario per attributalia optime declarat Doctor quol. p. per totum; quia ergo ex natura rei ita constituitur divina essentia; ut attributa sint ejus perfectiones secundariae, & praedicata secundum modi, ut Patres docent, planè nec essentia est de conceptu essentiali attributorum, neque e contra attributa de conceptu essentiali; quod si contendas talem divinae essentiae constitutionem esse solum per rationem nostram, sequitur adhuc unum excludi à conceptu alterius per rationem nostram, quatenus unum concipitur per modum subiecti, & aliud per modum passionis illud consequentis.

47 Hoc idem probatur ratione ex Rubione d. 3. q. 3. art. 1. de scriptio Deitatis representat rem, cuius est esse Deitatem, & non justitiam, neque sapientiam, sicut nec e converso de scriptio sapientiae representat eam esse Deitatem, sed sapientiam, & sic de aliis attributis; ergo neutrum includit aliud in suo conceptu quidditative, seu in primo modo dicendi per se; probatur antecedens, quoniam si per impossibile res increata esset Deitas, & non sapientia, adhuc esset talis, qualem ipsam importat de scriptio Deitatis, quod non esset, si in ea caderet sapientia; consimiliter si e converso res illa per impossibile esset sapientia, & non Deitas, nec justitia, adhuc esset talis, qualis per descriptionem sapientiae importatur; ergo, &c. Consequentia est evidens, quia quod convenit alicui per se primo sic ponitur in ejus definitione, quod si per impossibile res non esset talis, qualis per illud exprimitur, non esset talis qualem esse importat ejus definitio tota, ergo e contra illud, quo per impossibile amoto res esset talis adhuc, qualem esse anteà, ejus tota definitio importabat, utique illi non convenit in primo modo dicendi per se. Conf. quia in illis, quorum unum convenit alteri in primo modo dicendi per se, quis scilicet

est ejus definitivum, semper est formalis consequentia, vel negative, vel affirmative ab uno ad alterum arguendo, sicut bene sequitur formalis consequentia, est homo, ergo animal, & e converso negative, non est animal, ergo nec homo; sed in istis, scilicet essentia, & attributis nulla est consequentia formalis; licet enim demonstrando rem increatam sit gratia materiae consequentia necessaria, haec res est sapientia, ergo Deitas, ergo justitia &c. Et e converso; non tamen est bona gratia formae, aliàs valeret in omni materia, quod est falsum. Conf. amplius, quia per descriptionem Deitatis, hoc est representantem rem ipsam increatam esse Deitatem, non exprimitur ipsam esse sapientiam, vel justitiam, nec e contra; sed per eam tantummodo exprimitur rem hujusmodi esse Deum; ergo nec essentia est de conceptu quidditative attributorum, nec e contra.

48 Deniq; probatur eadem illa minor argumenti principalis de attributis inter se comparatis eisdem ferè rationibus, & praeterea etiam, quia si intellectus v. g. est de conceptu essentiali voluntatis, & e contra ut à parte rei verum sic dicere; non solum identice, & realiter, sed etiam quidditative, & formaliter; intellectus est voluntas; ita quoque à parte rei formaliter haec propositio esset vera Verbum produci- tur per voluntatem, & etiam haec Spiritus Sanctus produci- tur per intellectum, quod tamen damnant Concilia, & Patres, hoc praecipue discernent ponentes inter divinas produ- ctiones, quod Verbum produciatur per intellectum, & Spiritus Sanctus per voluntatem, ut supra deducit est nu. 22. Praeterea sequitur unum attributum posse de alio praedicari in abstracto, nedum praedicatione identica, & reali, sed etiam quidditative, & formalis, & sic dici poterit, quod sapientia Dei est formaliter bonitas Dei, & quod divina justitia est formaliter divina misericordia; & consequenter ad istas propositiones verè quoque; essent haec aliae intellectus amat, voluntas intelligit, Deus per justitiam miseretur, & parit, per misericordiam punit, & castigat; imò propositio- nes istae nedum essent verè à parte rei, sed etiam per intel- lectum in sententia opposita, quia quantumcumque inad- equatè haec attributa concipiuntur semper unum includit formaliter in conceptu alterius saltem implicite.

49 Huic argumento ex secunda via deducit nu. 44. varie solent afferri responsiones, quas omnes refert, & amplectitur, ut sufficientes Blasius à Conceptione disp. 12. met. q. 1. ait itaq; primo ad distinctas definitiones sufficere distinctionem rationis ratiocinatae, ut patet in proprietatibus entis, quae diversae habent definitiones, licet ratio solum ab invicem distinguantur, cuius ratio est, quia definitiones tra- duntur de rebus non absolute secundum quod sunt à parte rei, sed secundum quod intellectu subijciunt. Haec respon- sio retellitur ex ipsa propositioe majoris ejusdem argumen- ti, ac etiam non semel explosa fuit disp. 1. log. q. 5. art. 2. & disp. 8. met. q. 6. num. 204. ubi dictum est, quod licet haec respon- sio possit in aliquo sensu admitti de definitionibus tra- ditis per conceptus objectivos inadquatos apud intelle- ctum constitutae concipientem, hoc tamen falsum est de defi- nitione tradita per conceptum objectivum adequatum, cui scilicet correspondet totum id à parte rei, quod est in re exprimentum, sive propria realitas adequatè per ipsum ex- pressibilis, ut in proposito contingit de divinis relationi- bus, & attributis, quae actu pluralitate inveniuntur in eadem divina natura cum reali tamen identitate cum ipsa, quae de causa, & quilibet relatio, & unumquodque attributum est propria definitione adequatè expressibile ab intellectu distinctè concipientie, sicut est à parte rei in Deo; per quod excluditur instantia de proprietatibus entis, cum enim non importent in ente proprias realitates metaphysicas, sed tan- tum conceptus inadquatos ex dictis disp. 5. metaph. ne- queunt hoc genere definitionis explicari, licet etiam haec instantia nulla foret apud Scotistas dependentes realitatem propriam in ente; aliique gradibus transcendentibus; & licet definitio fiat per actum intellectus etiam quae traditur per conceptum adequatum, non idèd sequitur, quod expli- cet aliquod intentionale, ut ibi dicebamus, sed rem verè ap- plicat, ut extra intellectum reperitur, sicut etiam licet haec propositio corvus est niger fiat per intellectum de corvo nigredinem enunciante; adhuc tamen rem exprimit, sicut est à parte rei; falsum igitur est per definitionem datam per conceptum adequatum non explicari esse subiectivum rei, quod habet extra, sed tantum objectivum, quod habet in intelle- ctu, ut haec prima responsio dicebat.

50 Respondet 2. sufficere ad hoc, ut tribuamus diversas defi- nitiones aliquibus, quod distinguantur inter se virtuali- ter,

ter, qualiter omnia attributa divina distinguantur tum inter se, tum ab essentia divina; distinctio enim illa virtualis eminens, quae inter illa reperitur, aequivalere distinctio- ni reali, quae est inter easdem perfectiones, prout reperiuntur in creaturis; unde sicut illa distinctio virtualis sufficiens praes- tat fundamentum ad hoc, ut unam perfectionem concipi- amus, non concepta altera, ita sufficiens etiam praestat fundamentum ad hoc, ut uni definitionem unam tribua- mus, non tribuendo ei definitionem aliam, quam alteri per- fectioni tribuimus; quamvis debeat hoc semper fieri sub con- ceptu praesivo, & non sub conceptu negativo excludente ab una perfectione definitionem, quam tribuimus alteri per- fectioni; si enim quis vellet ita definire misericordiam Dei, ut non solum praesideret in illa definitione à definitione justitiae divinae, sed etiam illam excluderet, tunc illa definitio non esset bona, quia nullo modo esset declarativa natu- rae illius rei, quam definiret, sed potius contra naturam il- lius; quia natura misericordiae divinae non excludit à suo conceptu conceptum justitiae, sed potius illum includit.

51 Nec haec solutio vim argumenti infringit, quia distinctio virtualis cum illa omnimoda aequivalencia ad distinctionem realem in creatis, qualiter explicatur à Thomistis, est fictitia, & voluntaria, ut constat ex dictis nu. 35. nisi ad bonum sensum reducat à nobis datum disp. 6. met. qu. 12. Tum quia si talis distinctio daretur, haec non sufficeret in divinis ad componenda praedicata contradictoria de essentia, & relationibus enunciata, ac de ipsi attributis ad invicem. Tum quia licet distinctio virtualis sufficeret, ut diversae definitio- nes per conceptus inadquatos datas aliquibus sic distinctis tribuamus, quae rem non explicant adequatè, ut est à parte rei, sed tantum prout est inadquata in intellectu nostro; attamen non sufficit, ut eisdem tribuamus diversas defi- nitiones datas per conceptus adequatos, quae rem adequatè explicant, ut est à parte rei, de quo definitionum gene- re loquitur argumentum; quae enim diversae tales ha- bent definitiones, aut realiter, aut saltem ex natura rei formaliter opus est esse distincta, nec inter ea sufficit dis- tinctio virtualis; at verò relationes, & attributa cum in Deo existant secundum proprias formalitates, & non virtualiter tantum, & eminenter, sicut diuinus calor, & siccitas cum in sole reperiri, sunt capacia definitionis secun- dæ generis, quae idèd ex diversitate talem definitionem bene deducimus illa ex natura rei formaliter tum ab essentia, tum inter se distingui. Deinde quando definitum misericor- diam, & justitiam divinam, apprehenduntur à nobis veluti formae contrae in effectuibus suis, ita ut nimirum se- cundum unam ponatur, & castiget, non verò parcat; & se- cundum aliam non punit, sed parcat; ergo non sunt illae definitiones sub conceptu praesivo, sed negativo, & exclu- dente ab una perfectione definitionem alterius; ergo nedum explicatè, sed nec etiam implicitè unum attributum in alterius definitione continetur. Neque est contra naturam misericordiae divinae excludere à suo conceptu divinam justitiam, sed tantum excludere illam à subiecto in quo reperitur, cum enim sit perfectio formaliter infinita, ex ratione suae infinitatis pete esse possibilem formaliter cum quacunq; alia perfectione simpliciter, illamq; sibi realiter identificare, quemadmodum declarat Doctor quol. 5. explicans definitio- nem perfectionis simpliciter.

52 Respondet 3. distinguendo majorem argumenti princi- palis, si illa quae diversae definitionibus distinguantur, conti- neantur in aliqua ratione eminentiori, in qua aduenitur, & amittunt quoadmodum limitationem, & contractionem, quam habent in inferioribus, negat; si verò illa, quae di- versae definitionibus definiuntur, in inferioribus rebus con- trahunt, concedit, quod distinguantur, & ex natura rei, & realiter; at licet sapientia, misericordia, justitia, & alia hu- jusmodi attributa Dei distinguantur ex natura rei, & realiter, si considerentur secundum illum modum contractio- nis, secundum quem in creatis reponuntur; tamen si con- siderentur secundum modum illum em inentem, secundum quem in Deo reperiuntur, non distinguantur amplius, quia in illo pelago, veluti totius entis, ut ait Cajet. p. 1. q. 13. art. 11. amittunt omnem profusum diversitatem, & distinctio- nem, quam habent in creatis.

53 Neg. solutio haec est alii solidior, quia ut monet Doctor quol. 5. art. 1. quamvis infinitas in Deo habeat vim sibi iden- tificandi realiter quaecunq; sibi existunt à parte rei, quan- doquidem repugnent plura infinita in genere entis realiter distincta; attamen nequè identificare sibi omnia formaliter, quia hoc est impossibile; rationem assignat Doctor p. d.

8. q. 4. 5. ista tamen, eò quod in divina natura non solum exi- stunt à parte rei actualiter, & secundum proprias rationes formales proprietates relative, sed etiam proprias rationes ab- solute, cum enim secundum propriam, & forma- lem rationem dicant perfectionem simpliciter, & quilibet perfectio simpliciter sit formaliter, & actualiter in Deo, unde Deus ab eis formaliter denominatur talis v. g. sapiens, iustus &c. ad differentiam perfectionum secundum quid, quae solum virtualiter, & eminenter in Deo reperiuntur non secundum rationem formalem propriam, sed eminentiorem, ac proinde non denominant Deum formaliter ta- lem, sed virtualiter tantum, & eminenter; consequenter affirmandum est, quod etiam ad divinitatem evectae prop- riam retineat rationem formalem, & actualem, ac con- sequenter ratio formalis unius sit extra rationem formalem alterius; & ratione infinitatis una transeat in aliam per iden- tificatorem realem duntaxat, non per formalem, quia revera infinitas identitatem tantum realem inter divinas perfe- ctiones infert, non verò formalem. Neque divina essentia dicitur pelagus omnium perfectionum, eò quod omnes absor- bent in identitate formalis; quia talis transitus unius in aliam est impossibilis, si enim ibi perseverant, perseverant adhuc in propriis rationibus formalibus; ergo non illas amittunt ra- tione infinitatis, nec una transeat in aliam identitate forma- li, sed tantum reali, ac enervativa; sed dicitur pelagus, ut ex- plicat Doctor p. d. 8. q. 4. 5. & d. 13. q. 1. N. & 4. d. 13. qu. 1. art. 1. & quol. 1. art. 1. & alibi frequenter, quia essentia di- vina spectata solum in sua formali, & quidditative ratione, ut praesindit ab essentialibus, & notionalibus habet in- finitatem non solum formalem propriam, sed etiam primam, & radicalem, quia eam habet nedum à se, sed etiam à se, & proinde dicitur infinita formaliter, & fun- damentaliter; seu radicaliter, tanquam pelagus, à quo sunt, & dimanant omnes perfectiones simpliciter; & cum habeat plenitudinem omnis entitatis per modum totali- tatis simpliciter, & non in aliquo certo genere, idèd dicitur infinita simpliciter in tota entis latitudine; Attribu- ta verò habent quidem infinitatem suam formalem, sed non radicalem, sicut essentia, cum non habeant illam à se, sed ab essentia, atque idèd non habent infinitatem primam per modum plenitudinis simpliciter in tota entis latitudine, sed quasi in certo genere, ut sapientia in genere sapientiae, justitia in genere justitiae, &c.

Ex qua doctrina impugnetur rursus praefata responsio, 54 nam si ob infinitatem in toto genere entis divina essentia absorbeat omnes perfectiones simpliciter in identitate forma- li, ita quod omnes includat in suo essentiali conceptu, sequitur unum attributum non identificare sibi aliud formaliter, aut in proprio conceptu illud includere, cum nul- lum attributum sit infinitum in tota entis latitudine, sed quasi in certo genere, atque illa sola essentia ex vi sui infinitatis formalis, & radicalis ceteras perfectiones continet in suo essentiali conceptu, non verò perfectiones essentiam, nec una aliam, cum tali infinitate careant. Tandem si ratio in- finitatis divinarum perfectionum tollit ab eis omnem dis- tinctionem ex natura rei, pariter, & omnem distinctio- nem rationis auferre debet; nam quando concipitur justitia v. g. à nobis inadquata, vel concipitur cum infinitate, vel sine ea: non secundum, ut patet, quia tunc non conciperetur divina perfectio; si primum, ergo jam in tali suo conceptu, nedum implicite, sed etiam explicite misericor- diam includere debet, quia de ratione infinitatis est, ut in perfectione infinita peat includi omnem perfectionem sim- pliciter: quod si dicas sufficere, quod includat ex natura rei formaliter, dicam ergo pariter sufficere, quod includat om- nem realiter, ac identice, & cum tali inclusione, seu identi- tate reali adhuc stare formalem exclusionem, seu formalem distinctionem.

55 Respondet denique adhuc distinguendo majorem princi- palis argumenti, si illae definitiones, per quas aliqua definitio- nis, ita sint diversae, & distinctae, ut una implicite alteram contineat ex parte conceptus objectivi, negat; si autem defi- nitiones illae formaliter sunt ita diversae, ut una alteram ex- cludat, concedit; at intellectus Beati, qui intuetur Deum se- cundum, quod est in se, cognoscens v. g. definitionem sapientiae divinae, cognoscit de facto eam ex parte rei definire inclu- dere non quidem explicite, sed implicite definitionem esse es- sentiae, & misericordiae, & ceterorum attributorum; intel- lectus enim Beati cognoscit omnia Dei attributa, quae à nobis hic diversae definiuntur definitionibus sic invicem transcen- dere, eò modo quo proprietates entis se invicem transcen- dunt, & sic consequenter eadem disp. 12. qu. 2. 5. inquit quod licet

licet in uno attributo cetera, que sunt in Deo non contineantur, nec reliceantur explicite, reliceant tamen, & continentur in eo implicite; & hac est communior responsio Thomistica, quam sequitur Amicus loc. cit. de attributis quidem disp. 3. sec. 7. de relationibus vero disp. 19. sec. 5. & 6. ubi alios confortes citat per extensum.

56 Hoc est effugium, quo non semel utuntur Thomista in aliis materiis metaphysicis, & presertim in controversia de preceione entis a modis contrahentibus, & ego non semel impugnavi disp. 2. de natura entis, & nunc rursus impugno secundum subjectam materiam: ad mitto nunc, quod Adversarius utendo hac distinctione, & ponendo in conceptu objectivo essentia contineri attributa, & relationes implicite, & e contra, & rursus unum attributum includi pari modo, scilicet implicite in conceptu objectivo alterius, jam recedunt a sententia, quam profitebantur de distinctione rationis ratiocinatae relationum, ac attributorum ab essentia, ac etiam attributorum ab invicem; etenim hac distinctio non importat tantum diversitatem modi concipiendi idem obiectum, qualis versatur inter concretum, & abstractum, & inter definitionem, & definitum (presertim in eorum sententia) sed importat etiam diversitatem aliquam ex parte objecti, quatenus intellectus rem in se formaliter indivisibilem partitur in plures conceptus obiectivos ob eminentiam rei pluribus equivalentes: atqui distinctio penes explicitum, & implicitum nullam diversitatem importat in obiecto a parte rei, sed tantum in diversitate modi concipiendi idem proterius obiectum explicite, & implicite; si ergo relationes, & attributa non differunt ab essentia, & attributis inter se, nisi penes explicitum, & implicitum, plane auferunt distinctionem rationis ratiocinatae inter illa, & sibi repugnant; Sed jam responsum in se ipsa impugno, ostendendo, quod in solis verbis consistit, & nihil in te conclusit: nam dicere in conceptu explicite essentia contineri implicite attributa, & relationes, & in conceptu unius attributi includi aliud implicite, est absolute asserere non includi in tali conceptu obiectivo: Ratio est, quia in conceptu objectivo non includitur nisi quod per conceptum formalem manifestatur, & quod per talem cognitionem attingitur; cum igitur per cognitionem quidditativam iustitia minime attingatur ratio misericordie, & per cognitionem quidditativam essentia non attingatur relatio, consequens est, quod hec non includantur in conceptu illorum obiectivo. Dices non attingi explicite bene tamen implicite, eo modo, quo attingendo in definitione hominis animal explicite, attingo implicite corpus, substantiam, ens, & omnes gradus superiores in animalis contentos.

57 Contra, cum dicitur in conceptu explicite essentia includi implicite attributa & in conceptu explicite unius includi implicite aliud; vel hac implicita contentia explicatur ratione identificationis realis, quam inter se habent, & hoc non est includi unum in conceptu formali, vel obiectivo alterius secundum esse praximum, & per contentiam formalem, ut Adversarii preterunt, sed in conceptu materiali ratione identificationis, & sic solutio non est ad rem, quia hic est sermo de contentia formali, non materiali, & est sermo patitur de conceptu formali, & obiectivo, essentia, vel relationis, ac attributorum, non de materiali, & identico, quoniam de hoc nemo dubitat: vel hac contentia relationis in conceptu essentia, aut unius attributi in conceptu alterius explicatur secundum aliquod esse relationis, quod intellectui representatur, & manifestatur in conceptu essentia, & sic jam non includitur relatio implicite solum in conceptu essentia, sed explicite; hoc enim explicite continetur in intellectu, quod per ipsam cognitionem explicatur, & manifestatur. Dices ut supra contineri relationes in essentia, & unum attributum in alio implicite, & implicite attingi per cognitionem essentia, eo modo, quo per cognitionem animalis explicatam in hominis definitione attinguntur implicite gradus superiores corporis, substantia, ac entis in ipso contento.

58 Contra, nam ex hoc ipso exemplo clarè refellitur hæc implicita contentia, vel attingentia relationum in conceptu essentia, ac unius attributi in conceptu alterius, etenim idem, dum in hominis definitione attingo explicite animal, attinguntur implicite corpus, substantia, & ens, quia isti sunt gradus superiores quidditativè animal constituentes, & in ipso animalis essentialiter contenti: ceterum nec relationes hoc pacto respiciunt essentiam, neque e contra, nec unum attributum aliud: ergo hinc manifestè colligitur non dari inter illa ullam implicitam contentiam formalem, sed tantum materiam ratione identificationis realis, ac entitativam, quam habent ad invicem ratione infinitatis. Dices rursus cum aliis, relationes implicite in essentia contineri, & unum attributum in alio, eo quod si initius penetraretur illud attributum, sibi alterum cognosceret. Contra, quia sic dicendo explicatur rursus implicita contentia ratione identificationis realis, de qua non est dubium, cum enim unum attributum sit realiter idem cum alio, eo ipso quod unum comprehenditur, debent etiam alia cognosci cum ipso realiter identificata, hoc autem non arguit inclusionem unius in conceptu quidditativo alterius, quia ad cognitionem comprehensivam rei, non sufficit attingere prædicata eius quidditativa, sed quicquid cum ea realiter identificatur sive in primo, sive in secundo modo dicens per se. Tum quia communiter conceditur genus à differentiâ præcedere, ita ut differentia non continetur actu in genere nec explicite, nec implicite, & tamen si penetrativè cognoscatur animalitas in homine itaque attingatur quicquid cum ipsa est realiter identificatum in homine utique cognoscetur etiam rationalitas, nec tamen ob id dicitur rationalitatem contineri implicite in conceptu animalitatis à rationali contentia, de qua hic est sermo.

Respondent proinde alii aliter ad argumentum principale, dicens relationes & attributa includi in conceptu perfecto, & adæquato essentia, & e contra, non autem in imperfecto, & inadæquato, ut adest præcedens responsio; ita videtur significare Suarez p. 1. lib. 1. de essentia Dei cap. 11. & seq. & lib. 4. de Trin. c. 5. & seq. Torres p. 1. q. 28. art. 2. disp. 2. & alii nonnulli. Sed neque istis melius respondent alii, nam vel intelligunt attributa non se invicem includi, neque ista in essentia, & e contra in ordine ad conceptus nostros adæquatos, vel Dei, & Beatorum, non primum, quia in eorum sententia adæquate essentiam concipere nequimus, aut unum attributum, nisi concipiamus alia implicite inclusa in illa, quandoquidem repugnat aliquid adæquate concipere, nisi concipiamur in se, talis autem adæquatus conceptus, quo simul omnes perfectiones divinas concipimus, non est nobis possibilis; at neque secundum dici potest, quia in eorum sententia intellectus Dei, & Beatorum, cum divinis perfectionibus intueatur, ut sunt à parte rei, non concipiunt illas, tanquam distinctas; ergo neque concipiunt unam in altera includi, alioquin conciperent idem in semetipso includi, & contineri; ergo nullo pacto tueri possunt unum attributum includi in conceptu alterius; & attributa, ac relationes in conceptu essentia, vel e contra.

Ad arg. verò specialiter de attributis factum supra n. 48. quo frequenter Scotista solent urgere, si intellectus Dei est formaliter voluntas Dei, & e contra; si misericordia est iustitia: ergo in sensu quoque formali poterit dici, quod Deus voluntate intelligit, intellectus amat, per misericordiam punit, per iustitiam miseretur. Respondet Blasius disp. 12. cit. q. 2. nu. 15. concedendo primas propositiones, nedum in sensu identico, sed etiam formali, ut veritas, sed negat alias inde illatas ritè deduci; per quo notat attributum quodlibet posse à nobis dupliciter in Deo concipi, vel prout appellat; & reduplicat proprium, & explicatum conceptum, quem formaliter per modum veluti differentia dicit; & exprimit, quod est considerate ipsum secundum quod actu exercet distinctione virtuale ab altero attributo, eique veluti opponitur; secundum potest considerari non solum sic, sed etiam absolute secundum ea omnia, quæ implicite continet; quo posito aut, quod licet possit unum attributum prædicari de alio etiam in abstracto formaliter si secundo modo consideretur, non tamen primo modo; quia si sic unum de alio attributo prædicaretur, esset idem ac diceret, quod illud v. g. quod sapientia exprimit per modum differentia, & illud quod ei convenit, ut virtualiter contradistinguitur à iustitia, convenit quoque per modum differentia iustitia, aut misericordie, & huius generis sunt propositiones illæ, quæ secundo loco inferuntur, nam quando v. g. intellectus divinus consideratur, ut dicit ordinem ad sum actum, vel proprium terminum consideratur formaliter secundum quod appellat, & reduplicat rationem, veluti differentialem intellectus, ut intellectus est, & ut consequenter à voluntate distinguitur, eique opponitur; & per consequens non potest illud, quod tribuitur intellectui, ut sic, tribui voluntati, & de ea prædicari, & sic de cæteris attributis; & sic pariter explicat alias propositiones, ratio iustitia est ratio misericordie; misericordia, ut misericordia, est formaliter iustitia; si enim reduplicatio tenetur primo modo, ita ut reduplicetur sensus explicatus, quo differunt ad invicem, sunt falsæ, nam nequeunt convenire in eo; quo differunt; si verò tenentur secundo modo, ita ut reduplicetur sensus tantum impliciteus, per quem se invicem

59

60

vicem includunt sunt, & verè, & concedendæ; quæ etiam est responsio Amici disp. 3. sec. 7. ad 4. ubi n. 140. explicans, quænam sit illa ratio implicita, supra quam potest cadere reduplicatio, ait, quod est ipsa ratio, divini, ratione cuius quodlibet attributum non modo includit essentiam, sed reliqua etiam attributa; unde intellectus divinus, quia divinus, non solum est essentia, sed etiam voluntas, & e converso, etenim ratio divini, cum sit ratio illimitata simpliciter implicite includit omnes perfectiones, atque adeo de qualibet perfectione, ut divina, cum omni reduplicacione affirmari potest quælibet alia perfectio divina.

61 Hæc tamen responsio difficultatem non evacuat, nam si ille propositiones, intellectus est voluntas, misericordia est iustitia, non sunt veræ in sensu formali, prout intellectus, & misericordia proprium appellant, & explicatum conceptum; jam nobiscum fatentur formalitatem unius esse extra formalitatem alterius apud intellectum illas potentias, vel perfectiones explicite concipientem, & esse veras tantum in sensu identico, & realitatem definitio non exprimit sensum identicum, & materialem, sed formalem, & quidditativum; probatur consequentia, nam iuxta explicationem ab Amico datam; ratio implicita, sub qua verificari possunt ille prædicationes in abstracto est ratio divini, itaque sit sensus intellectus divinus, ut sic, est voluntas; misericordia divina, ut sic, est iustitia; at ratio divini non spectat ad rationem intellectus ut sic, quia sub hac ratione convenit cum omnibus aliis perfectionibus divinis, sed ad identificationem eius cum Deitate; ergo jam fatentur propositiones illas non esse veras in sensu formali, & quidditativo, qualis explicatur per definitionem, sed tantum identico, & reali ob identificationem cum Deitate. Tum quia quando hic quaeritur, an sapientia v. g. excludatur à sui formali conceptu essentia, vel iustitia, sermo est de sapientia, ut sic, non autem quatenus divina, quia in hoc sensu constat apud omnes sapientiam includere divinitatem, ut dictum est supra n. 13. vanum ergo est recurrere ad rationem implicitam, ut ille propositiones verificentur, quia sic non respondentur quaerito, sed à sensu formali sit transitus ad sensum materialem, & identicum, de quo non est dubium.

62 Deinde impugnatur, quod addunt illas propositiones intellectus vult, voluntas intelligit, &c. esse falsas, quia per illa verba appellatur sensus explicitus, & proprius, quo differunt ab eis; nam apud eos conceptus ille expliciteus, quo distinguitur, & in quo veluti opponitur, non habetur ex natura rei, sed pendet à negotiatione nostri intellectus; per quem solum actu exercetur virtualis distinctio; sed ista propositiones, intellectus intelligit, voluntas vult, sunt veræ à parte rei, & non per aliquod opus nostri intellectus, nam verè à parte rei potentia, quatenus reduplicant conceptum exactè concipit; sed sunt veræ, quatenus appellant conceptum explicatum factum ab intellectu, quia ita verè res se non vult, voluntas e contra vult, & non intelligit, quia formalitas intellectus talis est nature à parte rei, ut nequeat non nisi volitionis. Conf. quia si tantum essent veræ, quatenus intellectus, nos ter concipit unam esse illis potentis principium tantum volitionis, & non quia ita revera se habeant actu à parte rei citrà quacunquæ intellectus negotiationem; tunc cum omni veritate posset à parte rei dici intellectus vult, voluntas intelligit; probatur consequentia, quia à parte rei non habetur per adversarios occasio proxima formalis talis conceptus explicitus earum potentiarum distinctivus, qualis esse formalis, & actualis earum distinctio à parte rei, sed tantum occasio remota, nempe distinctio virtualis; sed hæc non obstantè à parte rei ille potentia sunt penitus indistinctæ, quia distinctio virtualis non est proprie distinctio, nec dici potest distinctio, nisi superveniente opere intellectus eandem prorsus formalitatem in plures conceptus obiectivos dividens; ergo tam verè diceretur à parte rei intellectum velle, quam voluntatem intelligere. Conf. rursus, quia dum dicimus Deum punire, ut iustum parere ut misericordem, quæ in particula reduplicativa reduplicat aliquid verè à parte rei Deo conveniens per attributum iustitiæ, quod ei non competit per attributum misericordie, vel aliquid conveniens tantum per opus intellectus, licet cum fundamento in re; si primum habetur intentum, quod illa attributa sunt actu à parte rei formaliter

distincta in Deo; si secundum, ergo ante opus intellectus dici poterit Deum punire per misericordiam, & parere per iustitiam; nec obstat fundamentum præcedens à parte rei formandi oppositas enunciationis, quia tale fundamentum non est nisi distinctio virtualis, quæ cum non sit proprie distinctio, nihil ponit actu distinctum in Deo ante opus intellectus, ratione cuius distinctio potius dici debeat punire per misericordiam, quam per iustitiam, sed reliquit omnimodam identitatem inter illas perfectiones, adeo ut eque dici possit cum veritate parere, vel punire per unam, sicuti per aliam; imò cum non sit ibi ulla actualis alietas inter illas, non potest dici cum veritate, nisi quod per eandem prorsus perfectionem parcat, & puniat; quod licet Arriaga gratis concedat de iustitia, & sapientia, & consimilibus attributis, id tamen non concedit de intellectu, & voluntate, eo quia ex Conciliis, & Patribus verum est à parte rei, & actualiter, quod filius producit per intellectum, & non per voluntatem, & Spiritus Sanctus producit per voluntatem, & non per intellectum; & hæc propositiones non sunt veræ tantum virtualiter, & fundamentaliter, sed ex natura rei actualiter ante quodcumque opus intellectus; nam Concilia, & Patres assignare intendunt verum & actuale discrimen inter processiones Verbi, & Spiritus Sancti citrà quæ maneat intellectus creati operationem; & quod adhuc inter illas processiones esset, si intellectus, quicunque sit, sintus impossibilis foret.

Dices cum Amico illas propositiones, intellectus vult, voluntas intelligit, idem esse falsas à parte rei, etiam si intellectus, & voluntas se mutuo includant, vel potius sint una, & eadem simplicissima formalitas, quia ut Dialectici docent, verba adjectiva addita substantivis appellantur principium, à quo proxime sunt, hoc est applicat explicatum significatum prædicati supra explicatum significatum subiecti, unde reddunt sensum formalem explicatum, falsum autem est principium, ex quo proxime, & explicite est actus intelligendi, & gignendi Verbum divinum esse voluntatem; & e contra principium, ex quo proxime, & explicite est actus volendi, & spirandi Spiritum Sanctum esse intellectum. Sed contra, quæro an illud principium, à quo proxime, & explicite est actus intelligendi, & gignendi Verbum, & illud, à quo proxime, & explicite est actus volendi, & spirandi Spiritum Sanctum, sint omnino idem à parte rei, & realiter, & formaliter, vel aliquo modo distincta citrà operationem intellectus actualiter si secundum, habetur intentum; si primum, ergo à parte rei actualiter propositiones illæ sunt veræ, intellectus vult, voluntas intelligit, Verbum generatur per voluntatem, Spiritus Sanctus producit per intellectum; probatur consequentia, cum enim sit unum, & idem omnino principium proximum à parte rei utriusque productionis, verbum adjectivum velle non magis appellabit voluntatem pro principio proximo sui, quam intellectum, & e contra. Dices, non explicari tale principium proximum intelligendi, nisi per conceptum explicatum, quo intellectum à voluntate fecerimus. Transat, sed hinc non sequitur tale principium proximum non dari in divinis ante huiusmodi conceptum explicatum à nobis formatum, & per talem conceptum explicatum à nobis formatum, & per talem conceptum constitui in ratione principii proximi; hoc enim est proterius falsum, imò tantum abest, quod non detur principium proximum in divinis actum tùm essentialium, tùm notionalem, nisi per talem conceptum explicatum à nobis formatum, quod potius e contra, idem concipimus illud in esse principii proximi, quia sub tali ratione datur à parte rei; Et certè, quando Concilia, & Patres declarant intellectum secundum esse principium generationis Verbi, & voluntatem secundam processionis Spiritus Sancti, intendunt assignare principium proximum illarum processionum, & quidem unum ab alio ex natura rei aliquo pacto distinctum, ut verum discrimen inde habemus illius utriusque productionis.

ARTICULUS TERTIUS.

Satisfit objectionibus.

OBJECTIO PRIMA.

Ex SS. Patrum auctoritate.

64 IN oppositum primò obiciunt auctoritates Patrum, qui-
bus omnem distinctionem in Deo negare videntur di-
centes, quicquid est in Deo esse ipsam Deum, & Deum es-
sentialiter esse totum quicquid est, ita Anselmus in Mono-
logio cap. 16. ubi docet omnia, qua sunt in Deo predicari in
quid, & essentialiter de Deo non modò secundum rem, ut
excludat solam predicationem identitatis, (ut notat Amicus
disp. 3. sec. 3. n. 55. & disp. 19. sec. 5. n. 13.) sed etiam secundum
considerationem quemadmodum inquit, unum est quicquid es-
sentialiter de summa substantia dicitur, ita ipso uno modo, una
consideratione est quicquid est essentialiter, & paulo infra con-
cludit, nihil dicitur, quod de eius essentia vere dicitur in eo quod
qualis, vel quanta, sed in eo quod quid est, & Aug. 7. de Trin. c. 6.
Hoc illi est esse, quod deum esse quod magnum, quod bonum esse,
& in quaestione de Trinitate, Deus eo ipso, inquit, quo est
verus, & eo qui verus, intelligitur, & eo quo intelligitur, potest, & eo
quo potest, est, quia simplex deitatis natura unum habet esse, vi-
vere, & omnia posse, ubi notat Amicus disp. 3. sec. 2. n. 27. ter-
minum quo, rationem formalem, per quam res est importare:
si ergo Deus est, quo intelligitur, quo potest, quo bonus est &c.
plane non intelligitur, potest, & bonus est per rationem for-
malem ab essentia distinctam.

Et quia Scoticis respondere solent hæc, & similia Patrum
testimonia innuere tantum realem identitatem attributo-
rum cum divina essentia, & inter se, non verò formalem ex
natura rei, quam præterunt cum summa identitate reali
compossibile esse. Præterquam quòd hæc vulgaris expo-
sicio relatis auctoritatibus non satisfacit, quia loquuntur
apertè de predicatione formali, & essentiali, & non identica
tantum; alia loca Patrum adducunt, in quibus absolute ne-
gatur omnis distinctio inter essentiam, & attributa, ac etiam
inter ipsa ad invicem, nam Aug. 15. de Trin. cap. 5. & ait,
non est aliud sapientia, aliud essentia, cui hoc esse, quod sa-
pientem esse, & lib. 7. cap. 1. non alio magno, alio Deo, sed eo
magno, quo Deus, quia non aliud illi magnum esse, aliud Deum
esse, que locutiones negative omnem distinctionem à pa-
tra rei divinis eliminant, quia negatio est malignantis na-
tura, negatque totum quod sequitur. Item alia loca addu-
cunt, ubi Patres docent perfectiones divinas esse profus, &
omnino idem cum essentia, ac inter se; ita Richard. Vict. 1. de
Trin. cap. 15. ipsa prima veritas substantia idem omnino, quòd
summa sapientia est, & Nisus, otar. 1. in Cant. est ille ipse, qui
profus est sapientia, & iustitia, & ipsa veritas, & sigillatim
omnia, que particule universales omnem distinctionem ex-
cludere videntur.

65 Denique alia adducunt loca, in quibus Patres, si ullam
agnoscent in divinis distinctionem, non aliam certè, quam
rationis in nostris imperfectis conceptibus fundatam, qui-
bus Deum more creaturatum apprehendimus, aut ad crea-
turas variè comparamus, in Deo tamen nihil respondere
multiplex à parte rei; Aug. 7. de Trin. ait, magnitudinem, bo-
nitatem, iustitiam pluribus vocabulis in eadem sapientia intel-
ligi, Bernardus lib. 5. de Consecratione cap. 13. voces diver-
sas, semita multa, sed unum per eas significatur, Cyrillus lib. 11.
Thesauri ait, substantiam Dei seipsa perfectam esse, sed tamen
non cogi nonnunquam accidentium modo concipere. Damasce-
n. p. de fide cap. 11. loquens de personalitate, & divina natura
inquit, quòd autem in ea dicitur esse, sola cogitatione distinguitur.
Patribus addunt Concilia eodem modo loquuntur, nam in
Concilio Rhemensi definitum est, contra Gilbertum, re-
lationes, & essentiam non esse ratione theologica, distin-
guendas, id est, propria, & ex natura rei, sed mathema-
tica abstractione, hoc est distinctione rationis; ita etiam
loquitur Florentinum sess. 18. ubi Joann. Episcopus ex Eccle-
sia latina sic ait, divina substantia, & persona, re quidem sunt
idem, secundum autem modum intellectus nostra differre
videntur, & sess. 19. haudquaquam putare debetis, quod re dis-
ferant, quandoquidem solam rationem, aut intelligentiam differre cre-
duntur, & sess. 25. ne ipsam eandem substantiam re, non autem
ratione sola ab hypothesis, & personis differre credere videa-
mur; sermo autem erat de hypostasi, & natura, num re, vel
ratione differrent, & Concilium definit differre sola ratio-
ne, per quam exclusivam plane inter essentiam, & relatio-

nes omnem excludit distinctionem, quæ sit ex natura rei, &
non per opus intellectus; quòd multò magis de perfectioni-
bus attributibus intelligendum est ad essentiam compa-
ratis, quia inter hæc minor est distinctio, ut significat Aug.
7. de Trin. c. 2. Pater non eo pater, quo Deus, eotamen Deus,
quo sapiens.

66 Respondeo in primis priora loca Patrum, in quibus signi-
ficant, Deum esse realem, & essentialiter, ac etiam una con-
sideratione quicquid est, ut loquitur Ansel. in Monolog. c.
16. & nullam esse differentiam inter divinas perfectiones, &
itas profus, & omnino inter se identificari, & cum essentia,
ut loquuntur alii, non magis contra nostram militare senten-
tiam, quam contra suam admittentem in divinis distinctio-
nem rationis, ac virtuali; dico deinde, quòd si aliqui Patres
in quibusdam locis insinuant, nullam profus esse distinctio-
nem in divinis, & omnia in Deo esse unam simplicissimam
perfectionem; alii Patres, imò & illi isdem in locis fatentur
in Deo esse perfectionem variatam, & multiplicatam, at-
tributa esse veluti qualitates divine substantiæ, relationes
eius ejus proprietates, unum attributum aliquid præstare,
quòd non alterum, & alias habent consimiles locutiones no-
stra sententia faventes, ita loquuntur non femel Augusti-
nus, Damasceus, Anselmus in pacitati num. 21. & 44. qui-
bus nunc alios adjuugo longa serie relatos à Smiling. tract. 2.
disp. 1. num. 20. Basilus lib. 2. contra Eunomium, inquit;
si quis singula nominum per trahat, multiplices, atque va-
rias rationes inveniet, quarum unum secundum substantiam
omnibus subjicitur, & rufus, quo pacto non deridendus, si
creandi virtutem substantiam dicat; si providentiam rufus
substantiam, eodem modo prescientiam, & omnem eandem
operationem substantiam putet; Richard. Victor. lib. 2. de
Trinitate cap. 21. Quid mirum sibi concordet, & in unam
concurrat identitas cum multipliciter infinitate; Hilarius
lib. 3. de Trin. inquit, non voluntatem Dei, sed potestatem
efficeretur, & idem August. 6. de Trinitate cap. 6.
Deum vocat simplicem multiplicatam, & multiplicem sim-
pliciter, & epist. 102. appellat ab ipso multiplex, quo-
niam multa sunt, que habet, simplex autem, quoniam
non aliud quam quòd habet est. Computum autem est, hæc & con-
similes Patrum auctoritates de reali distinctione intelli-
gi non posse, cum hæc solam agnoscent inter divinas perso-
nas; nec fatias eorum mentem de distinctione rationis si-
ve ratiocinationis, sive ratiocinata possunt explicari, quia
cum ad veritatem que complementum intellectus operatio, vel
fictio interveniat, & respectu rationis; minus solide de My-
sterio Trinitatis contra hereticos disputant; quid enim
ad Sacre doctrinæ soliditatem refert multiplicitas respec-
tum rationis, quos nollet intellectus ex suo imperfecto
concupiendi modo potest in Deo esformate, & partibili-
tas, quam potest citica divinam essentiam exercere in va-
riis conceptus objectivos eo ejus eminentiam? Cum ergo
Patres veram, et realem distinctionem personarum docere
vellent ex una parte; et ex alia summam, ac realem iden-
tatem relationum, ac attributorum cum essentia, ac etiam
attributorum inter se, assignantur discrimen aliquod ve-
rum, et non fictivum, inter perfectiones absolutas in
quibus conveniunt ex una parte, et relativis proprietates
quibus differunt ex alia, cum in tali discrimine præsertim
fundetur Trinitatis mysterium, et ratione illius compo-
nantur varia predicata enunciata de Deo, que alioquin
contradictoria forent, ut deducuntur artic. præced.
ex prima via, et salvati minime possunt dicendo relatio-
nem esse Deitatem solum, sic, vel sic compara-
tam, intellectam; et nominatam, nam hoc ultro Sa-
belliani quoque concedebant, ut scitè discunt Smiling.
cit. n. 52.

67 Cum ergo Patres dicunt, Deum esse essentialiter quic-
quid est, et nihil esse in eo distinctum, et unam perfectio-
nem divinam esse alteram, et nihil illi addere, et similia, ne
sibi manifeste contradicant, cum alibi utuntur oppositis lo-
quendi modis, debent benigne interpretari de summa iden-
titate reali, quatenus excludit distinctionem realem pro-
priè dictam, quæ est inter rem, et rem, inter substantiam,
et accidentia, et pariter cum solam rationis distinctionem ad
summum inter divinas perfectiones statuunt, per distin-
ctionem rationis omnem illam intelligunt; que non est il-
lo modo realis, quo pacto sub nomine distinctionis rationis
comprehenditur quoque nostra distinctio formalis ex natu-
ra rei, utpote que stat cum summa identitate reali: Ratio
hujus est, quia prædicit Patres, ut plurimum loquebantur
contra hereticos Trinitatis hostes, quorum alii admittebant
quidem unitatem essentia, et consubstantialitatem mutua-

eam personarum, sed negabant eorum Trinitatem, ut Sa-
bellius, alii vero admittebant quidem Trinitatem perso-
narum, sed negabant eorum consubstantialitatem, & uni-
tatem in essentia ut Arius, unde ut Arius errorum confu-
terent, tanquopetè affirmabant esse omnino subst-
stantiam, penitus indivisam, indistinctam, non multipli-
cem, & si multa; & ut ex alia parte evicerent Sabellianum,
asseriebant aliquam distinctionem inter essentiam, & perso-
nalitates; & talem, ut à parte rei essentia daret unitatem na-
tura, relatio vero personarum Trinitatem, adeo quòd con-
tra præfatos hereticos ita asserunt personarum distinctio-
nem, ut similem distinctionem negent inter personam, &
essentiam, ac essentialis perfectiones, unde cum inter per-
sonas sit distinctio realis, hæc dicant negant inter ceteras
rationes divinas; Quod si quis solat verba Patrum, & Con-
ciliarum adducit majorem identitatem postulare inter es-
sentiam, & relationes, ac etiam ipsas divinas perfectiones,
quam realem, & entitativam, postulare inquam, talem, que
excludat omnem distinctivum præcedentem opus intelle-
ctus, quomodo omnemque explicetur, & appelleretur, dummodo
factualis ex natura rei; alioquin Patres excedere nimis lo-
cuti essent, & incidissent in Scyllam, ut vulgo dicitur, cu-
pientes vitare Carybdin.

68 Hinc scrupulo occurrentium est ærea regula, quam
docent S. Bon. 2. d. 33. q. 1. art. 3. ad p. prin. & Scotus ibidem
q. un. quia secundum Philosophum sicut in moribus via de-
veniendi ad medium est aliquid procedere ultra me-
dium versus extremum a. Ethic. cap. ult. ita frequenter San-
cti, ut extinguerent hæreses contra se pullulantes excedere
locuti sunt delectant ad aliud extremum, ut ad medium
pervenirent; atque idè docent D. Bon. & Scot. multam
ponderandam esse contra quos hereticos Sancti sunt locu-
ti, sicut Aug. contra Arium disputans videtur quasi decli-
nare ad Sabellium; & ad converso similiter videtur contra
Pelagium declinare ad Arium; ita illi loc. cit. Cum igitur
in proposito nostro D. Bernardus totus fuerit cum Con-
cilio Rhemensi in resellendo Gilberti errore, relictis distinguen-
tis relationibus ab essentia, ut constat ex dictis ab initio con-
troveris, idè semper inculcat, & intendit quasi excessi-
vè, divinarum rationum identitatem adeo ut à divinis
omnem profus distinctionem inter illas etiam rationis ab-
igere vellet videtur; & sic patitur loquitur internum Au-
gustinus, & cum eo alii Patres; ut contra Arium defen-
derent unitatem essentia, & personarum consubstantiali-
tatem; Et quidem quòd intencum reatorum Patrum fuit,
tunc hoc præfatum, ut excluderent per suas locutiones à di-
vina simplicitate distinctionem realem, qualis reperitur
inter rationes creatas realiter distinctas, ex eo colligitur,
quòd semper ait suam intencionem explicandam exempla
adhibent realis distinctionis; sic D. Bernardus serm. 80. in
Cantic. disputans contra Gilbertum ait, naturam non esse in
persona divina, tanquam formam in subjecto, à quo distin-
guatur, sicut distinguuntur albedo à nivo, nigredo à corvo, &
alia similia exempla ibi adducit distinctionis realis. Sic
etiam Aug. 11. de Civit. Dei cap. 10. ait, Deum propter hoc
naturam dici simplicem, cui non sit aliquid habere, quod vel
possit amittere, vel aliquid sit habens, aliud quòd habet, sicut
voss aliquem liquorem, aut corpus colorem, aut aer luserna,
aut anima sapientia &c. Sic tandem loquitur Anselmus c.
illo 16. Monologii, contendit enim ibi ostendere Deum non
esse compositum ex re, & re, ex actu, & potentia quia
ibi se habent omnia eorum modos, & eadem consideratio-
nes, scilicet, sub ratione actus ultimi, & præsertim ex es-
sentia, & perfectionibus attributibus, non componi tan-
quam ex substantia, & accidentibus, ut constat ex ulti-
mis verbis, que truncatè adducta sunt, nihil dicitur, quod
deus essentia vere dicitur in eo quod qualis, vel quanta, sed
in eo quod quid est, quod quid enim est, vel quale, vel quan-
tum, est, & aliud in eo quod quid est, unde non simplex, sed
compositum est, ex quibus verbis constat Anselmum ibi acci-
pere essentiam, pro substantia ab accidentibus contra distincta,
& terminum, essentialiter, & quod quid est, ut condistin-
guatur ab accidentibus, & quali accidentalibus, quicquid di-
cat Amicus, sumunt etiam internum Patres, essentialiter,
ut distinguntur contra, notionaliter, quia perfectiones ab-
solute dicuntur essentialis, quatenus omnibus tribus divi-
nis suppositis conveniunt, relativæ verò notionalis, quia
non omnibus conveniunt.

69 Eodem modo exponenda sunt Concilia allata Rhemense,
& Florentinum; quòd nempe solam distinctionem realem
inter essentiam, & relationes, ac etiam ipsas divinas per-
fectiones excludere voluerint, ut perfectam essentia uni-

tatem, & personarum consubstantialitatem contra Hereti-
cos tuerentur; & hoc quidem de Rhemensi Concilio manife-
stum est: cujus præcipuus scopus fuit errorem Gilberti con-
demnare, de quo sufficienter dictum est à quaestione initio, &
verba illa si sunt Concilii, explicata sunt ibidem num. 8. Et
hic etiam fuit sensus Florentini, ut facile colligitur ex verbis
ibi adductis pro parte latinorum, ne ipsam eandem substantiam,
re, & non solam rationem à personis differre credere videamus, qui-
bus verbis significatur intantum dixisse personas, seu per-
sonalitates à substantia, sola ratione differre, ne viderentur
credere, quòd re differentes, scilicet, tanquam res, & res, quo
pacto differunt, quæ realiter distinguuntur; & hoc est præ-
cisè, quòd ibi Concilium definire intendebat, quòd subst-
stantia, & personalitas, non sunt realiter, ac entitative
distincta quòd vero sola ratione ratiocinante, vel ratiocina-
ta, sive actuali, sive virtuali tantum distinguuntur non de-
terminavit, sed sub opinione Scholasticorum reliquit, ut
constat ex ejus verbis primo loco adductis, secundum
autem modum intellectus nostra differre videntur, ubi il-
lud verbum, videntur, insinuat, Concilium quoad hæc
partem opinativè loqui; ut optime advertit Kada con-
trov. 4. cit. unde etiam in Conciliorum sententiis intelli-
gendis adhibenda est regula, supra tradita ex Scoto & S.
Bon. pro reça SS. Patrum intelligentia, quòd nempe non
semper intelligenda sunt eorum verba, ut præcisè sonant, &
secundum putum sensum, quem faciunt, sed juxta sensum,
propter quem facta sunt: quare cum Concilia solum inten-
dant à divinis perfectionibus eliminare distinctionem realem
pro tuenda divine essentia, unitate, & personarum consub-
stantialitate, per distinctionem rationis, quam solam ibi
altitè videtur; intelligunt omnem illam, que stat cum
summa identitate reali, qualem esse prætendimus nostram
quoque distinctionem formalem, quicquid reclamet Averfa
q. 28. sect. 4.

70 Denique pro totali facti-factione argumenti ex Patrum
auctoritate deduci, observanda est alia regula, quam docet
Scotus 2. d. 16. q. un. in fine, quòd nempe in rebus que non
sunt de fide, quando Sancti Patres dissentunt, postsumus ab-
sque scrupulo eorum auctoritatem recipere, qui stant pro
nostra sententia, & alios cum reverentia dimittere, unde
cum Doctor in præcitata questione adduxisset ab initio au-
thoritates Boetii, & Anselmi pro opposita sententia, quòd
potentia anime sint accidentia realiter ab ea distincta, ad
hæc testimonia respondet, quòd æque probabiles, & appa-
rentes auctoritates sunt ad oppositum, nam Aug. 5. de Trin.
dicit, quòd sunt una substantia, & una essentia &c. sic ergo
in proposito, cum non vesterum in materia de fide, sed sola
disputatio sit inter Catholicos, qualis distinctio versetur in-
ter relationes, & attributa, ac inter ipsa attributa ad invicem,
que sit minor distinctio reali, & late possit cum summa
identitate reali, & Patres alii qui favent sententia Thomista-
rum, alii sententia Scoticarum, possunt Scoticis abque ulla
invenientia, acceptare Patres sibi faventes, & alios dimitte-
re, & sic contra Thomista, ut dixi in lib. expurgat. quest. 5.
Rationem reddidit Augustinus epist. 111. post medium, ubi lo-
quens de Ambrosio, Hyeronimo, Athanasio, & Nazianzeno,
inquit, Neque enim quorumlibet disputationes quamvis catho-
licorum, & laudatorum hominum, velut scripturas canonicas
habere debemus, ut vobis non liceat salva honorificencia, que
illis debetur hominibus, aliquid eorum scriptis improbare, atque
respuere; talis ego sum in scriptis autorum, tales esse volo intel-
lectores meorum, que regula valde observanda est in omnibus
materiis, que non sunt de fide.

Quòd tandem addebat ex Aug. 7. de Trin. cap. 2. vel 6.
Pater non eo pater, quo Deus, eo tamen Deus, quo sapiens, non
urget, ut ponere debeamus minorem distinctionem essentia
ab attributibus, & attributorum ab invicem, quam à relatio-
nibus, quia ut docet Doctor. 1. d. 8. q. 4. s. contra Avicem, sensus
eorum verborum est, quòd non est ejusdem rationis illud,
quo est pater, & quo est Deus, quia unum est essentialè, aliud
notionale, eo tamen sapiens, quo Deus, quia ambo sunt es-
sentialia, cum quo adhuc stat, quòd tamen perfectiones abso-
luta, & essentialis, quam notionalis, & relativæ formaliter ex
natura rei à divina essentia distinguantur; licet sit major
ratio identitatis inter absoluta secum, quam inter relativa cum
absolutis comparata; ob communem rationem, in qua com-
municant; qua ratione etiam dici possent intrà hæc idem ge-
nus formalis distinctionis majorem esse distinctionem inter
relationes, & essentiam, quam inter attributa divina; si ve in-
ter se, si ve ad essentiam comparata; quo etiam modo lo-
quuntur Recentiores de sua distinctione virtuali, ut est vi-
dere apud Averfam quest. 28. sect. 5. Vide Lustan. quest. 4.
art.

art. 5. §. 10. ubi solvit obiectiones ex Conciliis, & PP. deducas.

OBJECTIO SECUNDA.

Ex impossibilitate formali distinctionis.

71. Secundo obiicit Arriaga non posse admitti formalem distinctionem à Scoto inventam, sed necessario futuram esse vel realem, vel rationis, vel virtutalem, & sic arguit par. 1. disp. 41. scilicet. 1. rogo an à parte rei ante operationem intellectus sint duae formalitates, inter quas versatur talis distinctio, vel una; si una, ergò non distinguuntur formaliter ante intellectum, distinctio enim eo modo, quo est, duo extrema requirit; si primum, ergò à parte rei essent duae entitates, patet consequentia, quia formalitas, ut formalitas est entitas, ergò si à parte rei essent duae formalitates, essent à parte rei duae entitates, & sic à parte rei realiter, ac entitative distinguuntur, eo enim modo, quo essent duo, distinguuntur. Tum 2. ea quae sunt ante intellectum sunt à parte rei quae sunt à parte rei sunt realia; si ergò à parte rei, seu ex natura rei distinguuntur, utique realiter distinguuntur. Tum 3. quia Scot. 1. d. 2. docet hanc distinctionem esse sufficientem, ut quando unum praedicatur in abstracto de altero sic distinctio, non sit vera ea propositio; rogo jam; an solum sit falsa ea praedicatio realis nostra, an etiam realiter; si solum ratione; ergo in se non distinguuntur ea praedicata, sed solum ratione; si vero realiter; ergo unum realiter non est aliud; eo enim modo, quo unum non potest verè de alio praedicari, eo unum non est aliud. Tum tandem, quia Scotus ait eam distinctionem esse, quae res differunt definitione: sed per hoc nihil penitus declarat, nam quid est differre definitione? an quod possit noiter intellectus quasi dupliciter definire eandem rem duplici quidem formali definitione, non tamen duplici obiectiva? sed hoc certè solum arguit distinctionem rationis, vero quod significatur per unam definitionem ante intellectum sit distinctum à significato per alteram, & sic obiectivas definitiones, seu obiectiva definitionum differre: tunc autem rursus relabitur in distinctionem realem; constat ergo hanc mediam distinctionem non posse dari.

72. Deinde disp. 42. scilicet. 1. Rursus eodem ferè modo arguit, vel potius praecedens argumentum confirmat, sic; formalitates illae, inter quas formalis distinctio intercedere ponitur, ut tales, sunt entitates reales, non enim formalitates illae est aliquid factum, & chimericum, sed quid reale; ergò si à parte rei independentè ab intellectu dantur duae formalitates, dantur etiam duae entitates reales; si autem realiter sunt duae, realiter inter se distinguuntur necessum est, nam repugnat realiter esse duo: si non esse realiter unum, & aliud, & consequenter unum ab alio realiter non distingui. Si dicas ibi non esse duas entitates, sed duas formalitates. Contra, inquit, quia rogo an formalitas sit talis, sit quid factum, an reale? non primum, ergò debet esse aliquid reale; rursus rogo, an sit realitas intrinseca ipsi rei, an extrinseca? si primum, ut tenetur dicere Scotus, ergò dantur à parte rei duae entitates, & consequenter erit ibi distinctio realis. Si dicas esse quidem à parte rei duas realitates non tamen distinctas realiter, sed solum formaliter, seu esse duas solum formaliter, non realiter. Contra inquit nunc de ipsa distinctione, seu dualitate, sicut prius de realitatibus; & querit an sint duae solum factae, an verò realiter? si secundum, ut tenetur dicere Scotus, ergò realiter sunt duae; ergò & indistinctae realiter. Si dicas esse duas formalitates, & quidem distinctas, non tamen realiter, aut per solum intellectum, sed ex natura rei, & formaliter. Contra rursus de his terminis inquit, quid sit illud ex natura rei, an realiter, an factè, non secundum; ergò primum, & sic semper habet intentum, quod illa sit distinctio realis.

Denique concludit Arriaga, hanc distinctionem formalem mediam inter realem, & rationis esse intelligibilem, saltem se illam capere non posse, etiam si sepe Scotus repetat illos terminos formalitas, formaliter, ex naturae rei, &c. nam si haec distinctio est in re, quomodo non est realis? & unde constat non esse realem simpliciter, si est in re? haec planè intelligibilia videntur.

73. Respondet haec, & similia argumenta distinctionem formalem in se impugnantia iam satis fuisse soluta disp. 1. log. quæst. 5. art. 2. in declaratione distinctionis formalis, & disp. 6. met. quæst. 11. art. 2. itaque ex discrimine ibi assignato inter rem, & entitatem, seu essentiam ex una parte, ac tea-

litatem, & formalitatem ex alia, ac etiam supra in hac questione num. 17. & 36. dico in homine v. g. à parte rei esse duas realitates, vel formalitates metaphysicas animalitatem scilicet, & rationalitatem, inter quas versatur distinctio formalis, quae nequeunt dici duae entitates, quia res, & entitas in rigore metaphysico importat id, quod habet propriam essentiam, & existentiam in re, & per se primò, & est terminus physice causalitatis in creatis; formalitas vero dicitur illa, quae existit, & est extrà nihil non ratione sui, & in re, sed in obliquo tantum ratione scilicet, illius, cuius sunt aliquid, non quomodocumque ad modum partis, quo pacto materia, & forma, dicuntur aliquid compositi, sed est aliquid rei per identitatem, quatenus est aliquis gradus veluti metaphysico integræ, & totalis essentiae rei; de quo aptissimum habemus exemplum in divinis in hac ipsa materia, de qua tractamus, ubi dicitur esse tantum una summa res, & unica essentia divina, plures autem formalitates, ac realitates, tam absolute, quam relative cum ipsa identificate; quare ad argumentum negatur tandem consequentia, quia sicut non sunt simpliciter duae entitates ob rationem allatam, sed tantum duo, distinguuntur, & formalitates, ita tantum formaliter distinguuntur, & non realiter. Ad 2. distinguo majorem aliquid esse posse à parte rei, & extrà nihil dupliciter, vel ratione sui, & in re; vel in obliquo, & ratione alterius, cuius est aliquid per identitatem; primo modo sunt à parte rei, & extrà nihil res physica; secundo modo formalitates metaphysicae; deinde distinguo minorem, quae sunt à parte rei primo modo, sunt realia simpliciter, quae secundo modo sunt realia tantum secundum quid; & cum inferatur, ergò realiter distinguuntur, ille formalitates, quia sunt à parte rei; distinguo similiter, distinguuntur realiter simpliciter, nego, realiter secundum quid, concedo.

Ad 3. non docuit Scotus absolute, hanc distinctionem esse sufficientem, ut quando unum praedicatur de altero in abstracto sic distinctio, sit falsa propositio; sed hoc tantummodo dixit de praedicatione in abstracto in creatis, ut patet 1. d. 8. qu. 4. ad 1. prin. quia ibi (inquit) abstractando illas realitates, quae sunt in eodem, puta realitatem generis, & differentiam, & considerando eas praesimile, utraque est finita, & neutra est perfectè eadem alteri, non enim sunt modo eadem inter se, nisi propter tertium cui sunt eadem, & ideò si abstractantur à tertio, non remanet causa identitatis eorum, quare haec non est vera, nec formaliter, nec identice, animalitas est rationalitas: at in divinis dicendo sapientia est Deitas, vel iustitia, vel bonitas, licet istae propositiones non sint verè formaliter, quia extrema non sunt eadem formaliter, adhuc tamen sunt identice, & realiter veræ, quia remanet utrumque extremum adhuc in tali praecisione formaliter infinitum, & ex quo infinitas est ratio identitatis eorum, facta tali praecisione adhuc remanet ratio identitatis extremorum; itaque in divinis haec propositio sapientia est bonitas est realiter, ac identice vera, formaliter est falsa; & cum querit, an haec propositio sit falsa solum ratione, vel etiam realiter falsa, dico quod est realiter falsa, ut ly realiter determinat in herentiam, non inherens, ut enim advertit Doctor 1. d. 39. quæst. 2. fine, ly realiter, aliquando determinat compositionem, & tunc nihil aliud est, quam illud, quod verè est, si cum dicitur, ista propositio est realiter falsa, volumus dicere, quod est verè falsa, nam si ly realiter determinat inherens, seu praedicatum, tunc significatur falsitatem esse quid reale, & positivum; ex hoc autem quod illa propositio, sapientia est bonitas, sit hoc modo realiter falsa, constat non bene deduci, quòd unum extremum sit aliud realiter, vel realiter distinctum ab alio extremo in sensu arguentis. Ad 4. negatur minor, ad probationem dico Scotum, cum ait quae formaliter distinguuntur distinguuntur definitione, loqui de variis definitionibus obiectivis, non verò tantum formalibus, & cum dicitur illas convenire rebus essentialiter distinctis, atque ideò sic tales distinctionem relati in realem, negatur consequentia, quia licet definitiones proprie dicte, quae nimitum constant ex genere, & differentia, sua obiecta, & definita realiter, & essentialiter distinguuntur, ut rem à re, hoc tamen falsum est de definitione magis amplè sumpta pro conceptu nimirum quidditative explicante propriam aliquam conceptibilitatem, qualiscumque sit, ut explicatum est sup. n. 43.

Ad aliud argumentum, seu potius ad idem sub aliis terminis parum differentibus propositum ab Arriaga disp. 42. scilicet. 1. cum omnibus replicis breviter dico, ut supra quod duae illae formalitates, inter quas versatur formalis distinctio, sunt quid reale, & parte rei existens, & extrà nihil, non quidem

OBJECTIO TERTIA.

Ex summa Dei simplicitate, & unitate.

ratione sui, & in re, sed in obliquo tantum, & ratione alterius, cuius sunt aliquid per identitatem, & ideò nequeunt proprie dici duae entitates: neque etiam eadem de causa possunt dici duae realiter simpliciter, sed tantum duae realiter secundum quid, & ratio est, quòd Doctor assignat 1. d. 13. q. un. & 4. d. 46. q. 3. ad 1. quia pluralitas rerum est pluralitas simpliciter, pluralitas autem formalitatum, & realitatum est pluralitas secundum quid, unde cum unitate simpliciter potest stare pluralitas secundum quid, & in hoc nulla est repugnantia; & ideò neganda sunt omnes consequentiae in illis replicis deductae. Ad ultimum, quòd distinctio nostra formalis est intelligibilis etiam si nitatur eam explicare per verba sepe repetita formaliter ex naturae rei, & realitatum, & ab Adversariis explicatur, esse difficiliorem captu, quam sit nostra formalis, imò tantum continere difficultatis, quantum continet mysterium ipsum Trinitatis, ut fatetur Ovidius cit. controv. 4. met. pnc. 4. num. 9. & quamvis nitatur, & ipsi eam declarat per verba, sepe, & ad naufragum utque repetita per eminentiam rti. per equivalenciam ad distinctionem realem, &c. finaliter tamen non eam explicat, nisi per vitiosum circumlocutionem, & petitionem principii manifestat, ut probavi num. 38. & quidem Arriaga ipse fatetur impossibilitatem istius distinctionis virtualis in creatis, quia ex illa omnimoda aequivalencia, quam dicitur habere ad distinctionem realem, quae probari potest animalitatem in homine produci non produca rationalitate, imò defendi potest res omnes creatas esse idem realiter, & solum inter se virtualiter distinguuntur, & quando una illarum perit, altera producit, dicitur protervius id non implicare, quia licet sit idem realiter, distinguuntur tamen virtualiter, quae distinctio sufficit ad eam contradictoria componenda, cum aequivaleat protervius distinctioni reali, quod inconveniens non sequitur ex nostra distinctione formalis, quia eam non dicimus aequivaleat distinctioni reali, nec posse salvare quatenus contradictoria, quae per distinctionem realem componuntur, uti sunt contradictoria prima, quae respiciunt esse, vel non esse rei simpliciter, & absolute inspectum, sed tantum quaedam contradictoria secunda, quae respiciunt sic, vel sic esse, & fundantur praesimile in diversis ipsi eadem rei formalitatibus, ut explicavi supra num. 41. & 42. neque termini illi, formalitas formaliter, & naturae rei sunt pura verba sine ullo sensu substracto, quia ex metaphysica ostendimus inter rem, & realitatem, seu formalitatem esse sufficientem discrimen, ut citrà quoque intellectus, & intra latitudinem distinctionis à parte rei possint fundate variæ distinctionum, ut videri potest disp. 6. Met. q. 8. & q. 11.

76. Neque ex eo, quòd distinctio formalis sic captu nobis difficilis, statim censenda est chimerica, & impossibilis, ut eam suggillant Adversarii; nam & in aliis quocumque materiis evidenter sepe de aliqua re constat, quòd est, & difficillime attingitur quid sit, & propter quid sit; quid enim manifestus habentes in Philosophia, & magis exploratum v. g. quam quantitatem ex partibus semper divisibilibus componi, & tamen quomodo hoc sit possibile, est ferè pro hoc statu indemonstrabile; sic à pari in Metaphysica experimur in homine gradum v. g. animalitatis non fecerit realiter à gradu rationalitatis, ut omnes concedunt; neque ex sola nostri intellectus operatione, licet id concedat Arriaga, disp. 42. cit. num. 11. nam ut arguebat disp. 6. Met. n. 218. Deus distinctio, perfectè, & adequatè penetrat omnium rerum convenientias, & differentias, & sic perfectè quoque attingit convenientiam, & differentiam inter hominem, & brutum, non enim concepit illa in tota essentia differre, quia vel homo, vel brutum non esset animal; neque in tota essentia convenire, quia tunc non minus brutum esset animal rationale, quam homo; ut ergo perfectè attingat animalia, & bruti convenientiam, & differentiam, planè concipere debet gradus illos, ut ex natura rei, & adequatè distinctos, tali genere distinctionis, quae nec fit rationis, nec simpliciter realis: quod si talis distinctio abique implicancia in creatis semel admittitur, poterit quoque ad divina transferri, nisi aliud hoc probetur impossibile v. g. ex speciali ratione divinis, cui talis distinctio repugnet; sed etiam ex hac parte ostendimus mox nullam oriri posse implicanciam: quòd si ex hoc capite talis impossibilitas oriretur, jam non procederet ex speciali ratione istius distinctionis, ut argumentum pretendit, sed aliunde: alia argumenta contra formalem distinctionem in se soluta, vide disp. 6. cit. Met. q. 11. art. 2. quam etiam cum Scotus strenuè defendit Luffan. cit. q. 5. art. 4. §. 2. contra veteres, & Recentiores Thomistas.

77. Tertio obiicit, Deo est concedenda summa simplicitas, sed hac cum actuali distinctione ex natura rei relationum, & attributorum ab essentia, ac etiam inter se comparationum salvari nequit, ergo &c. Major est definita in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. ubi Deus dicitur omnimò simplex; probatur minor, nam ubi est aliqua distinctio praesertim ex natura rei, ibi est aliqua compositio, quae summe simplicitati repugnat. Nec satisfacit Scotus (inquit Amicus disp. 19. scilicet. 4. nullam dicens ex tali distinctione resultare in Deo compositionem, eo realem identitatem relationum, & attributorum cum essentia, ac etiam eorum inter se, quae impedit omnem compositionem. Non satisfacit, nam cum compositio nihil aliud sit, quam distinctio unio, si inter essentiam, & relationes esset actualis distinctio, esset veta, & realis compositio, nam saltem negari non potest, simpliciter fore Deum, si nulla inter ejus essentiam, & relationes, ac attributa intercederet distinctio; ergo ita de facto asserendum est, nam ea simplicitas Deo tribuenda est, quae major excogitari non potest.

78. Respondet Smilang, loc. cit. primò retorquendo rationem, nam cum opposita sententia saltem ratione distinguitur attributa, & relationes ab essentia, concepit sanè Deum ex pluribus formalitatibus ratione distinctis constitutum, & compositum; cum tamen nec rationis compositionem velit Adversarii in Deo admittere ob summam ejus simplicitatem; Deinde cum aliis Scotis inquit distinctio ex natura rei non possit abique unione, & compositione in unum coalescere, quando se habent, ut actus, et potentia; quando verò se habent sicut actus et actus, potest, imò debere abique unione, et compositione in unum coire per solum identitatem; quomam unio, et compositio solum est inter actum, et potentiam; quare cum divinae rationes non se habeant ad invicem, tanquam actus, et potentia, sed ut actus, et actus purissimi, quamvis sint ex natura rei distinctae, per solum identitatem in unum coalescunt, quemadmodum divinae relationes, quamvis inter se realiter distinctae; per identitatem, non per unionem coeunt, et rem illam simplicissimam, quae est divina essentia; eodem modo respondet Faber disp. 20. cap. 7.

79. Ceterum retorfo illa parum urget Adversarios, nam argumentum loquitur de distinctione actuali ex natura rei, quae aliquo pacto summam Dei simplicitatem ledere videtur, quòd non evenit ex distinctione aut compositione rationis, nam etiam hac admitta in Deo, ut de facto meliores Thomistae admittunt, ut consequenter loquantur, nulla à parte rei sequitur læsio divinae simplicitatis, sed tantum apud intellectum nostrum representatur Deus, veluti metaphysicè compositus, ex nostro imperfecto concipiendi modo. Sed neque ipsa responsio perfectè satisfaciet argumento, nisi aliud addatur, vel melius delectetur: Nam adhuc urgent, quòd quae coaduantur ad invicem tantò minus per se unum efficiunt, quanto magis sunt in ultima actualitate, unde tunc non efficiunt unum, nisi quasi per aggregationem; ergò attributa, et relationes, si à parte rei sunt distincta ab essentia, magis conferent ad unitatem Dei, si se habent per modum actus, et potentiae, quam omnia ponendo in ultima actualitate; non ergo ultima eorum actualitas impedit compositionem per aggregationem: Nec minus identitas realis eorum huc compositioni obstat potest, quia realitates metaphysicae in nostra praesertim sententia compositionem faciunt metaphysicam, et talem; quae divina simplicitati repugnat, non obstante reali eorum identitate inter se, ut constat de animalitate, et rationalitate in homine.

80. Respondeo itaque argumentum istud ex Dei simplicitate deductum contra formalem distinctionem attributorum fuisse solum disp. 6. Met. q. 11. n. 226. et 232. quare ex doctrina ibi tradita negatur minor, cum ejus probatione, quia licet compositio distinctionem inferat, necessario, quia pars ut componens debet esse diversa ab alia composita, non tamen distinctio è contra inferat compositionem, nisi distinctio sit realis, nam distinctio formalis est cum summa simplicitate compositibilis; et ratio est, inquit Doctor, quia cum ipsa sit summa identitas realis, et forma, ac ultima actualitas eorum, quae distinguuntur; cum summa autem identitate, et summa actualitate non fiat compositio; et ratio est, quia ad com-